



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vt in mente st memoria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

aliquo inueniatur, oportet quod ad vltimū genus perfectionis perueniat, quod creatura tendere potest. vnde si habeat esse tātum sicut lapides, vel esse & viuere sicut plantae & bruta, nō saluatur in hoc ratio imaginis: sed oportet ad perfectā imaginis rōnem, vt creatura sit, viuat, & intelligat. In hoc enim perfecte fīm genus conformatur essentialibus attributis. & ideo quia in assignatione imaginis mens lo cum diuinā essentiae tenet, hęc vero tria quae sunt memoria, intelligentia, & uoluntas tenent locum trium personarum, ideo Aug. menti ascribit illa quae requirunt ad imaginē in creatura, cum dicit quod memoria sunt vna vita, vna mēs, vna essentia. nec tñ oportet quod ex hoc ipso dicatur etiā mens & vita quo & essentia, quia non est idē in nobis esse & viuere & intelligere, sicut & in Deo: dicitur tñ hęc tria vna essentia, in quātum ab vna essentia mentis procedunt: vna uita in quantum ad vnum genus vitae pertinent: vna mens, in quantum sub vna mente comprehenduntur, vt partes sub toto, sicut visus & auditus comprehenduntur sub parte animae sensitua.

AD SEXTVM dicendum, quod secundum Phil. in 8. Meta. quia substantiales rerum differētia sunt nobis ignota, loco earum interdum definiētes accidentalibus vtuntur, secundum quod ipsa designant vel notificant essentia, ut proprii effectus notificat causam. vnde sensibile fīm quod est differentia constitutua animalis, non sumitur a sensu, prout nominat potentiam: sed prout nominat ipsam animae essentiam a qua talis potentia fluit: & similiter est de ratione vel de eo quod est habens mentem.

AD SEPTIMVM dicendum, quod sicut pars animae sensitua non intelligitur esse vna quaedam potētia praefer omnes particulares potentias, quae sub ipsa comprehenduntur, sed est quasi quoddā totum potentiale comprehendens oēs illas potentias, quasi partes, ita etiam mens non est vna quaedam potētia praefer memoriam, intelligentiam, & uoluntatem: sed est quoddam totum potentiale cōprehendens hęc tria: sicut etiam videmus quod sub potentia faciendi domum, comprehenditur potentia dolandi lapides, & erigendi parietes, & sic de alijs.

AD OCTAVVM dicēdū, quod mens non cōparat ad intelligentiā & uoluntatē sicut subiectum: sed magis sicut totum ad partes, prout mens potentiam ipsam nominat. Si vero sumatur mens pro essentia animae, secūdm quod ab ea nata est progredi talis potentia, sic nominabit subiectum potentialium.

AD NONVM dicēdū, quod vna potentia particularis non cōprehendit sub se plures: sed nihil prohibet sub vna generali potentia comprehendi plures, vt partes, sicut sub vna parte corporis plures partes organicae comprehenduntur, ut digiti sub manu.

ARTICVLVS II.

Vtrum in mente sit memoria.

SECVNDO queritur, vtrum in mēte sit memoria. & videtur quod non, quia secundum Aug. 12. de Trin. illud quod est commune nobis & brutis non pertinet ad mentem: memoria autem nobis & brutis cōmunis est, ut patet p. Aug. 10. Cōf. ergo & c. ¶ 2 Præ. Phil. in lib. de Memoria & Reminiscētia dicit, quā memoria nō est intellectiua, sed potius sensitiua. cū ergo mens sit idē qd intellectus, ut ex praedictis patet. videt quod memoria non sit in mente. ¶ 3 Præ. Intellectus & oīa q ad intellectū ptinēt abstrahūt ab hęc & nūc, memoria uero nō abstrahit, cōcernit nāq: determinatū tēpus. s. p̄teritū, memo-

Aria nāq; praeteritorum est, vt dicit Tullius. ergo & c.

¶ 4 Præ. Cū in memoria cōseruentur aliqua q non apprehendūtur actu, vbiēq; ponit memoria oportet qd ibi differat apprehendere, & retinere. in intellectu autē non differūt, sed potius in sensu: propter hoc. n. in sensu differre possunt, quia sensus organo corporali vtitur. nō autem omne qd tenetur in corpore apprehenditur. intellectus autem non vtitur organo corporali. vnde nihil in eo retinetur nisi intelligibiliter, & sic oportet quod actu intelligatur. ergo memoria non est in intellectu, siue in mente.

¶ 5 Præ. Anima non memoratur prius quā apud se aliquid retineat: sed antequā aliquas species recipiat a sensibus a quibus nostra cognitio oritur, quas retinere possit, est ad imaginē. cum ergo memoria sit pars imaginis non vī quod possit esse in mente.

¶ 6 Præ. Mens secundum quod est ad imaginem Dei fertur in Deū: sed memoria non fertur in Deū, est enim eorum quae cadunt sub tempore, Deus autem est omnino supra tempus. ergo & c.

¶ 7 Præ. Si memoria esset pars mentis, species intelligibiles in ipsa mente cōseruentur, sicut cōseruantur in mēte angeli: sed angelus conuertendo se ad species, quas habet penes se, potest intelligere. ergo & mēs cōuertendo se ad ipsas species retentas: & ita posset intelligere sine hoc qd ad phantasmata conuerteretur: qd manifeste apparet esse falsum. Quātumlibet. n. aliquis scientiā in habitu habeat, laeso tñ organo imaginatiuae virtutis, vel memoratiuae, in actu exire non potest: qd non esset si mens in actu intelligere posset non conuertendo se ad potentias q organis vtuntur. vnde memoria non est in mente.

SED CONTRA. Philo. dicit in 3. de Anima. quod anima est locus specierum, praeterquā non tota, sed intellectiua, loci autem est cōseruare contenta in eo. cum ergo cōseruare species ad memoriā pertinet, videtur quod in intellectu sit memoria.

¶ 2 Præ. Illud, qd equaliter se habet ad omne tēpus, non cōcernit aliqd tempus particulare: sed memoria est proprie accepta equaliter se habet ad omne tempus, vt dicit Aug. 12. de Trin. & probat per dicta Virg. qui proprio nomine memoriae & obliuionis vsus est. ergo memoria nō cōcernit aliquod tēpus particulare, sed omne. ergo ad intellectū pertinet.

¶ 3 Præ. Memoria proprie accipiēdo est praeteritorum: sed intellectus non solum est praesentium, sed etiam futurorum & praeteritorum: intellectus enim compositionem format, secundum omne tempus intelligens hominem fuisse, futurum esse, & esse, vt patet 3. de Anima. ergo memoria proprie loquendo ad intellectū pertinere potest.

¶ 4 Præ. Sicut memoria est praeteritorum, ita prouidentia futurorum secundum Tullium: sed prouidentia est in parte intellectiua proprie accipiēdo. ergo eadem ratione & memoria.

RESPON. Dicēdū, qd memoria secundū cōem vsū loquentiū, accipit pro notitia praeteritorum. Cognoscere autē p̄teritū vt praeteritū, est eius cuius est cognoscere p̄sens, vt p̄sens, vel nunc, vt nūc: hoc autē est sensus. sicut. n. intellectus nō cognoscit singulare vt est hoc, sed secundum cōem quandam rationē, vt in quantum est homo, vel albus, vel etiā particulare, non in quantum est hic homo, vel particulare hoc: ita etiā intellectus cognoscit praesens & praeteritum, nō in quantum est nunc, & hoc praeteritum. vnde cum memoria secundū propria sui acceptiōnem respiciat ad id, qd est praeteritum respectu huius

In lib. de inuentione fol. 4. ante fine libri.

C6.6. to.2.

14. de Trin. ca. 11. fo. 3.

Com. 22. & 23. tom. 3.

Lib. 2. de Inuentione. fol. 4. ante fine libri.

ius nunc, constat quod memoria proprie loquendo, non est in parte intellectiva, sed sensitiva tantum, ut Philoso. probat: sed quia intellectus non solum intelligit intelligibile, sed etiam intelligit se intelligere tale intelligibile, ideo nomen memoriae potest extendi ad notitiam, qua & si non cognoscatur obiectum, ut in praeteritione modo praedicto, cognoscitur tamen obiectum de quo etiam prius est notitia habita, in quantum aliquis scit se eam prius habuisse, & sic omnis notitia non de novo accepta potest dici memoria: sed hoc contingit uno modo, quando consideratio secundum notitiam habitam non est intermixta, sed continua. Alio vero modo, quoniam est intermixta, & sic habet plus de ratione praeteriti, unde & magis proprie ad rationem memoriae attingit, ut si dicamur illius rei habere memoriam, quam prius habitualiter cognoscebamus: non autem in actu, & sic memoria est in parte intellectiva nostre animae, & hoc modo videtur Aug. memoriam accipere ponens eam partem imaginis, vult enim omne illud quod habitualiter in mente tenetur, ut in actu non prodeat, ad memoriam pertinere. Quomodo autem hoc possit contingere a diversis diversimode ponitur. Avicen. enim 6. de naturalibus, ponit quod hoc non contingit quod anima habitualiter teneat notitiam alicuius rei quam actu non considerat, ex hoc quod aliqua species conservetur in parte intellectiva: sed vult quod species actu non considerata, non possunt conservari, nisi in parte sensitiva, vel quantum ad imaginationem, quae est rursus formatum a sensu acceptarum, vel quantum ad memoriam quantum ad intellectiones particulares non acceptas a sensibus. In intellectu vero non permanet species, nisi quando consideratur: post considerationem vero in eo actu esse desinit. unde quando iterum vult considerare aliquid, oportet quod species de novo fluat in intellectum possibilem ab intellectu agente, nec tamen sequitur secundum ipsum quod si aliquis de novo debet considerare, quae prius scivit, quod oportet eum iterum addiscere, vel invenire sicut a principio, quia relicta est in eo quaedam habitus per quam facilius se convertit ad intellectum agentem, ut ab eo species effluentes recipiat, & haec habitus est habitus scientiae in nobis. & secundum hanc opinionem memoria non est in mente secundum retentionem aliquarum specierum, sed secundum habitum ad accipiendum de novo. Sed ista opinio non videtur rationabilis. Primo, quia cum intellectus possibilis sit stabilitus naturae quae sensus, oportet quod species in eo recepta stabilius recipiatur, nisi magis possunt in eo conservari species quam in parte sensitiva. Secundo, quia agens intelligentia equaliter se habet ad influendum species convenientes scientiis omnibus, nisi si in intellectu possibili non conservaretur aliqua species, sed sola habitus convertendi se ad intellectum agentem, aequaliter remaneret homo habilis ad quicquid intelligibile, & ita ex hoc quod homo addisceret unam scientiam non magis sciret illam quam alias. Praterea, hoc videtur esse expressum contrarium sententiae Philosophi in 3. de Anima, qui commendat antiquos in hoc, quod posuerunt animam esse locum specierum, quantum ad intellectivam partem. & ideo alij dicunt quod species intelligibiles in intellectu possibili remanent post actualem considerationem, & hanc ordinationem est habitus scientiae, & quod haec vis, qua mens nostra retinere potest species intelligibiles post actualem considerationem memoria dicitur, & hoc magis accedit ad propriam significationem memoriae.

F AD PRIMUM ergo dicendum, quod memoria quae communis est nobis & brutis, est illa in qua conservantur particulares intentiones: sed haec non est in mente, sed illa tantum in qua conservantur species intelligibiles. **A**D SECUNDUM dicendum, quod Phil. loquitur de memoria, quae est praeteriti, prout est relata ad hoc nunc, in quantum est hoc, & sic non est in mente. **A**D TERTIUM dicendum, est per idem. **A**D QUARTUM dicendum, quod in intellectu possibile differt actu apprehendere & retinere: non ex eo quod species sit in eo aliquo modo corporaliter, sed intelligibiliter tantum, nec tamen sequitur quod semper intelligatur secundum illam speciem: sed solum quando intellectus possibilis perficitur in actu respectu illius speciei. Quandoque vero est imperfecte in actu eius quodam modo medio inter puram potentiam & purum actum, & hoc est habitualiter cognoscere, & de hoc modo cognitionis reducitur in actum perfectum per voluntatem, quae secundum Anselmum est motor omnium virtutum. **A**D QUINTUM dicendum, quod mens est ad imaginem, praecipue secundum quod fertur in Deum & in seipsum, ipsa autem est sibi praesens & similiter Deus antequam aliqua species a sensibus accipiantur, & mens non dicitur habere vim memoratiam ex hoc quod aliquid actu teneat, sed ex hoc quod est potest retinere. **A**D SEPTIMUM dicendum, quod nulla potentia potest aliquid cognoscere non convertendo se ad obiectum suum, ut visus nihil cognoscit, nisi convertendo se ad colorem, unde cum aphantasmata se habeant hoc modo ad intellectum possibilem sicut sensibilia ad sensum, ut patet per Phil. in 3. de Anima, quantumcumque aliqua speciem intelligibilem apud se habeat, numquam tamen actu aliquod considerat: sicut illam speciem, a nisi convertendo se ad phantasmata, & ideo sicut intellectus non tenet secundum statum viae indiget phantasmatis ad actualem considerationem, antequam accipiat habitum, ita & postquam accepit, secus autem videtur de angelis, quorum intellectus obiectum non est phantasma. **A**D PRIMUM vero eorum, quae in contrarium obijciuntur dicendum, quod ex auctoritate illa haberi non potest quod in intellectu sit memoria, nisi secundum modum qui dicitur est, non autem quod proprie. **A**D SECUNDUM dicendum, quod verbum Aug. est intelligendum quod memoria potest esse de praeteritis obiectis, numquam tamen potest dici memoria nisi consideretur aliquid praeteritum ad minus ex parte ipsius cognitionis. & secundum hoc est dicitur aliquis sui obiectum vel etiam memorari, in quantum de seipso quod est praesens sibi non conservat praeteritam cognitionem. **A**D TERTIUM dicendum, quod in quantum intellectus cognoscit differentias temporum secundum communes rationes, formare potest compositiones, secundum quamlibet differentiam temporis. **A**D QUARTUM dicendum, quod providentia non est in intellectu, nisi secundum generales rationes futuri: sed ad particularia applicatur mediante ratione particulari, quam oportet mediam intercedere inter rationem universalem moventem & motum, qui in particularibus consequitur, ut patet per Phil. in 3. de Anima. **A**RTICULUS III. **V**trum memoria distinguatur ab intelligentia sicut potentia a potentia. **T**ERTIO quaeritur, utrum memoria distinguatur ab intelligentia sicut potentia a potentia, & quod

In lib. de memoria & reminiscencia. cap. 1. co. 1.

13. de Trin. cap. 2. & 7. tom. 3.

Com. 6. to. 2.

D. 1099.